¶ Deſeptem fratribus ꝙ nobis ex eo magis venerabiles ſint: quia in paſſionibus ſuis fidem reſurrectionis mortuorum confeſſi ſunt.

¶ Capitulum. xxxij.

DE piis marti
ribus ſermo habitus ita clau
datur vt venerabiles nobis il-
los in euāgelio chriſti ceteris arbitremur
Quam ob cauſaz videlicet: quia in paſſi
onibus ſuis vbi ꝓ teſtamento dei ſua cor
pora tradiderūt: et grauiſſimis ſupplicijs
ſubdiderunt beate reſurrectionis fidem ⁊
ſpem ſonora voce ↄfeſſi ⁊ teſtificati ſunt
Tu quidem ſceleſtiſſime ait ¶ ij. Ma-
chabeorum. iij ¶ vnus ex illis in preſenti
vita nos perdis: ſed rex mundi defunctos
nos pro ſuis legibus in eterne vite reſur-
rectione ſuſcitabit. Alius linguam vt pre
cideretur poſtulatus: et manus conſtāter
proferens ⁊ extendens e celo inquit iſta
poſſideo: ſed propter dei leges nunc hec
ipſa deſpicio: quoniam ab ipſo me ea re-
cepturum ſpero. Deinde ſequens cum
vexaret iamqȝ eſſet propinquus ad mor
tem potius inqͭ eſt ab hominibus morti
datos ſpem ſpectare a deo iterū ab ipſo
reſuſcitandos. Tibi enī reſurrectio ad vi-
tam non erit. Mater quoqȝ ipſorū mar
tir ⁊ plusꝙ martir que pereuntes ſeptem
filios ſub vnius die tempore conſpiciens
bono animo ferebant propter ſpem quaȝ
in domino habebat adhortās illos. mūdi
creator inquit inter cetera que formauit
hominis natiuitatem quiqȝ inuenit om-
nium originē: ⁊ ſpem nobis iterum cum
miſericordia reddet ⁊ vitaȝ. Et inclinata
ad illum qui reſiduus erat filioꝝ nouiſſi-
mum inter cetera dignuſ inquit fratribus
tuis effectus ſuſcipe mortem: vt in illa mi
ſeratione te cum fratribus tuis recipiam
Nobis igitur quorum fidei ſumma reſur
rectio mortuorum eſt per iheſum xpm̄:
non ab re inter omnes ſanctos veteris te
ſtamenti iſti venerādi ſunt qui in ſuis pre
cioſis moribus tam piū atqȝ clarū ſancte
reſurrectionis teſtimonium cecinerunt

¶ Explicit liber
¶ Nonus

¶ Incipit liber
¶ Decimus

¶ De eo ꝙ ait apoſtolus ¶ Hebr. xj
Sancti per fidem vicerunt regna. Et de iuda machabeo ⁊ fratribuſ ac ſocijs eius quantum nobis contulerit eorum bellica virtus.

¶ Capitulum primum

SAncti inquit
apoſtolus per fidem vi-
cerūt regna: operati ſunt
iuſticiam: adepti ſunt re-
promiſſiones. Obdura-
uerunt ora leonum: extinxerunt impetuȝ
ignis: effugauerunt aciem gladij: conua-
luerunt de infirmitate: fortes facti ſunt in
bello: caſtra verterunt exterorum. In ſan
cto victorum eiuſmodi concilio: in fortiuȝ
talium exercitu inclito libenter aſpicimus
bellatores machabeos iudam et fratres
eius ac ſocios quoꝝ bellica virtus: quoꝝ
labores ⁊ certamina glorioſa chriſtuȝ ſal
uatorem nobis quodāmodo pepererunt:
quia gentem ſuam de qua chriſtus naſci
turus erat et natus eſt: cum eam gentes
delere vellent magnanimiter defenderūt:
⁊ illud iam dictum draconis caput quin-
tum in rege antiocho: eiuſqȝ ducibus vi-
riliter percuſſerunt verbo dei: verbo deo
cooperante laboribus ipſorum: vt ille im
pius rex: ſicut de illo ad danielem fuerat

predictum ſine manu contereretur. Iſti
ſunt paruulum: illud auxilium quod iam
preuiſum atqꝫ ꝓmiſſū eſt fuerat dicendo
Cumqꝫ corruerint: ſubauditur de populo
plurimi ſubleuabuntur auxilio paruulo.
Nam ſi reſpicias multitudinem aduerſa-
riorum: ſi recogites milia caſtrorum ho-
ſtilium: quid vel quantū erat mathathias
de vico vel monte modyn: cum quinqꝫ fi-
liis ⁊ aliquot cognatis: et illis qui permā-
ſerant in iudaiſmo popularibus ſuis. Re
uera ſm numerum ſuum: paruuluꝫ fuere
auxilium: ſed ſm fidem ſuam ⁊ dei miſe-
ricordiam maximum ſibi et omni ſeculo
pepererunt adiutorium.

¶ De eo ꝙ ait apoſtolus ¶ Hebreoꝝ. xj
egētes anguſtiati afflicti in ſolitudinibus
errantes in montibus ⁊c. ꝙ inter huiuſ-
modi illorum anime parturierunt omni
ſeculo fructum ſalutis eterne.
¶ Capitulum. ij.

QVi vnctionez habet ex deo que videlicet vn-
ctio docet nos de omnibus: ait
Johannes apoſtolus. ipſe congemiſcere
didicit ⁊ ꝯgemiſcit illis: quia mala multa
ſunt experti. Egentes anguſtiati afflicti ī
ſolitudinibus errantes in montibus et in
ſpelūcis ⁊ in cauernis terre. vna die vſqꝫ
ad mille animas hominum in deſerto in-
terfecti ſunt in die ſabbatorum eo ꝙ vere-
bantur propter religionez ⁊ obſeruantiā
manu ſibimet auxilium ferre. Moria-
mur dixerunt ¶ j. Machabeorū. ij ¶ in
ſimplicitate noſtra: ⁊ teſtes erunt ſup nos
celum ⁊ terra ꝙ iniuſte perditis nos. ſed
quid ſequitur. Et dixit vir proximo ſuo.
ibideꝫ. Si omnes fecerimus ſicut fratres
noſtri fecerunt: ⁊ non pugnauerimus ad-
uerſus gentes pro animabus noſtris: et
iuſtificationibus noſtris citius diſperdēt
nos a terra. ⁊ cogitauerunt die illa dicen-
tes. Omnis homo quicunqꝫ venerit ad
nos in die ſabbatorū pugnemus aduer-
ſus eum: et non moriemur omnes ſicut
mortui ſunt fratres noſtri in occultis. Et
hactenus inquit Joſephus. Permanet
nobis conſuetudo pugnandi etiam ſi tali
die bella conſurgant. Igitur qui vt iam
dictum eſt vnctionez habet ex deo: ⁊ que
vnctio eius docet de oībus ipſe ſcit: ipſe
intelligit: ipſe in ſtatera rationis appendit
multum in iſtis experimentum poſſe o-
ſtendi dictorū apoſtoli dicentis ¶ Hebre.
xj ¶ Egentes anguſtiaſti afflicti in ſoli-
tudinibus errantes in montibus ⁊ in ſpe-
luncis ⁊ in cauernis terre: et iſta perpen-
dens grates profundas agit afflicte illoꝝ
fidei: quia veraciter in doloribus pepere-
runt: nobis parturierunt anime illorum
omni ſeculo eterne fructuꝫ ſalutis: natiui-
tatē iheſu chriſti veri ⁊ eterni ſaluatoris
Non dicimus neqꝫ dicere poſſumus vel
aſſerere ꝙ omnes illi cuiuſcunqꝫ ſexus
vel etatis tali tempeſtate trucidati ſcien-
tiam habuerint: vel habere potuerit tāte
ſpei: tante expectationis in promiſſione
que dicta eſt ad abraham beati ſeminis
venturi iheſu chriſti ¶ Galath. iij ¶ ſed
hoc admiramur in laude verbi dei: in fir-
mamento propoſiti dei: quod multis etiā
neſcientibus amorem precordialiter infu-
dit conſeruandi generis ſui atqꝫ defendē-
di: de quo naſci oportebat ſalutē generis
humani chriſtum dei filium ſm promiſſi-
onis veritatem: promiſſionem veritatis:
quia deus verax eſt: ⁊ clamabat ad eum
humilitas peccatorum per os dauid
Pſal. l ¶ Vt iuſtificeris in ſermonibus
tuis: ⁊ vincas cum iudicaris.

¶ De leticia magna que facta eſt in po-
pulo ſuper emundatione ac renouatione
templi quam conſtituerunt per ſingulos
annos octo diebus celebrari.
¶ Capitulum. iij.

QVid de leticia magna dicā que facta eſt in
populo de emundatione ac re-
nouatione templi quod contaminatū ſte-
terat per tres annos. Nam leticia ꝙ̄ ma-
gna fuerit eorum in ymnis ⁊ confeſſioni-
bus benedicentium dominuꝫ. Joſephus

quoqꝫ teſtatur. ab illo inquiens tempore
per octo dies hanc renouationem templi
feſtiuitatem celebramus vocantes eam
lumia:eo ꝙ preter ſpem hoc nobis ſplen
didum lumen colende religiõis apparuit
Quis niſi deus mentibuſ eorum tantum
ſui nominis infudit amorem vt recupera
tionem loci in quo nomẽ eius inuocaret
tanta leticia ꝯcelebrarent tanꝙ luminoſã
ducerẽt. ⁊ per ſingulos ãnos octo diebus
ꝙ catenus non fiebat celebrandam decre
nerent. Siquidem ſalomon octo quidem
diebus dedicationem celebrauit: ⁊ in die
octaua dimiſit populũ:ſed non eſt ſcriptũ
ꝙ totidem id eſt octo diebus conſtituerit
per ſingulos annos dedicationis eiuſdeꝫ
celebrari feſtiuitatẽ.igitur ⁊ hoc in laude
magna deo eſt aſcribendũ cuius ĩ manu
ſunt corda filiorum hominum: quia pro-
miſſionis ſue memor vt eam adimpleret
mittendo in plenitudineꝫ temporis filium
ſuum verbum ſuum egit infundendo: de
ſiderium egit impendendo auxilium qua
tinus gens ipſa de qua promiſſionem ad
impleri oportebat ſemetipſum defenderet
⁊ locum.

¶ Propoſitio de prologo ſecundi ma-
chabeorũ libri qui ſic incipit. Fratribus
qui ſunt per egiptum iudeis.
¶ Capitulum.iiij.

Nunc ad illud
quod efflagitaſti: et inſtanter
regis ebuno amicorum mure-
nulas aureas facientium ſponſe ⁊ dilecte
regis eterni valde familiaris ſermo pre-
ſens ſeſe intendit ſcꝫ ad elucidandaꝫ quo
ad poſſibile erit. ⁊ deus donabit ſcripturã
que ſm machabeorum librum quaſi pro
logus vel prohemium precedit vno eodẽ
qꝫ tractatu diligens animus vtrunqꝫ effi
cere geſſit ſcꝫ ⁊ magnitudinem dignitatẽ
qꝫ eius:cuius iam breuiter memini decla
mare leticie pro renouatiõe templi:⁊ ſcri
pturam aliquatenus elucidare iam dicti
prohemij. Deniqꝫ maxime circa illam re
nouationis templi leticiam ſcriptura illa
verſatur talem habens intentioneꝫ vt oĩs
omnino vbicunqꝫ ſit iudeus:vbicunqꝫ ſit
cõfeſſor verus qui ⁊ nomine et re ſit con
feſſor: quod ſua interpretatiõe ſignat hoc
nomen quod eſt iudeus de illa templi re
paratione gratuletur corde magno ⁊ aĩo
volente adapto corde in lege dei ⁊ in pre
ceptis eius. Et reuera ſi cauſam quã pre
manibus habemus attẽdat iudeus ſi ma
gnum dei negocium qđ propter implen-
das promiſſiones ſuas deus habebat cũ
hominibus conſideret dei cõfeſſor verus
cauſam habet cur gratuletur:cur templũ
illud machabeorum laboribus reparatũ
fuiſſe letet̃: ſuaſqꝫ voces admiſceat illorũ
vocibus deum benedicendo in ymnis et
confeſſionibus: ꝙ hodie quoqꝫ ſanctam
eccleſiam chriſti per totum orbem facere
non ignoramus. vbicunqꝫ inuocat̃ nomẽ
domini: vbicunqꝫ dedicatum eſt vel dedi
catur altare:vel templum nomini domini
illic iſtoꝝ ⁊ memorabilium machabeorũ
ſimul redolet et memoria floret: et voces
animarum illorum ſalutem nobis eternã
parturientium chorus eccleſie conſonat
celebriter celebrat conſonãter. Igitur ad
magnificandam rem tam gratioſaꝫ: tam
glorioſaꝫ ſm illud prohemium proceden
dum eſt. ⁊ ſi minus ꝙ petis vel optas elu
cidando illud factum fuerit:nec non ne-
gligentie ſed impoſſibilitati recte deputa
bis.

¶ Cur iudei vel extunc per egiptum fue
rint. quam ob cauſam onyas in egiptum
abierit ⁊ de templo quod edificauit illic.
¶ Capitulum.v.

In primis di
cendũ cur iudei vel exquo tũc
eſſent per egiptuꝫ ad quos ſic
incipit. Fr̃ibus qui ſunt ꝑ egiptuꝫ iudeis
ſalutẽ dicunt. Fr̃es qui ſunt hieroſolimis
iudei ⁊ qui in regiõe iudea ⁊ pacẽ bonaꝫ
Anno centeſimo q̃dragesimonono regni
grecorũ rex antiochus menelaum inter-
fecerat fratrem onye minorem cui pater
eiuſdem antiochi ſummum ſacerdotium

conſulerat. Tres quippe fuerant filij ſy-
monis pōtificis videlicet onyas qui patri
in pontificatu ſucceſſit queqꝫ andronicus
interfecit. ⁊ iheſus et alter onyas quoruꝫ
iheſus iaſoneꝫ. onyas vero menelaum ſe
appellari fecit ambo grecis noībus dele
ctari:ritumqꝫ gentileꝫ ſe mutari velle pro
feſſi. de onya filius paruulus relictus fu-
erat dictus ⁊ ipſe onyas. Cūqꝫ onyas vt
iam dictum eſt ab andronico interfectus
fuiſſet fratri eius iam dicto iaſoni antio-
chus epyphanes pontificatuꝫ tradiderat:
ſed rurſus ſibi ſublatum honore menelao
contulerat. Mortuo antiocho cum ſuc-
ceſſiſſet ſibi filius equiocuſ interfecit eun
dem menelaum ſuggerente lyſia cauſam
hunc eſſe omnium malorum. Filius aūt
pōtificis onye de quo prediximus qui de
functo patre adhuc puerulus fuerat dere
lictus. Videns inquit ioſephuſ ꝙ patruū
ſuum menelaum rex interfeciſſet ⁊ prin-
cipatum ſacerdotij alchymo dediſſet:non
exiſtente de genere ſacerdotum: flexus a
lyſia vt tranſponeret honorem ab ea fa-
milia ad aliam domum fugit ad ptholo-
meum regem egipti ⁊ honorē meruit ab
ipſo ⁊ vxore eius cleopatra locūqꝫ petiit
in regione eliopotana vbi ſimile iheroſo
limorum edificaret templum. Templum
illud permanſit vſqꝫ ad imperium veſpa
ſiani annis ducentis quinquaginta. Ipſa
autem vrbs que vocabatur onye poſtea
dimicantibuſ aduerſum romanos iudeis
ad ſolū vſqꝫ deleta eſt: ⁊ neqꝫ vrbis neqꝫ
templi reſtat veſtigium. Sub occaſione
igitur onye pontificis infinita examia iu-
deorum ad egiptum confugerunt. Aſſe-
rebat enim onyas ſe yſaie implere vatici
nium ſcribentis ca. xix Erit altare do
mini in medio terre egipti: ⁊ tytulus do-
mini iuxta terminum eius. Sed ⁊ antea
non parua iudeoꝝ multitudo in egiptum
deſcenderat. Siquidē ptholomeus filius
lagi multos captiuos a montanis iudee:
vel a vicinis locis iheroſolimoꝝ trahens
ad egiptuꝫ cōmigrauit quos videlicet iu
deos ptholomeus phyladelphuſ qui iam
dicto ptholomeo lagi filio famulantes in
egipto a ſeruitutis vinculo reſoluit vſqꝫ
ad centum viginti milia ſicut Joſephus
cōmemorat.

De temporibus ⁊ annis quibus ſeſe
conſcripſiſſe cōmemorant fratribus qui
erant per egiptum: fratres qui erant in iu
dea: ⁊ quis ille fuerit antiochus de cuius
interitu gratulantur.

Capitulum. vj.

Erat itaqꝫ iu-
dei per egiptum ⁊ ad illos iu
dei qui erant iheroſolimis ⁊ q̄
in regione iudea ſcripſerūt anno fere cen
teſimonono. Poſtq̄ menelao ſicut iam
dictum eſt interfecto: ⁊ alchymo pontifi-
catum adepto iunior onyas cum infinita
multitudine iudeoꝝ confugit in egiptum
Siquidem anno centeſimo quadragente
ſimonono regni grecorum conſtat antio
chum eupatorem interfeciſſe menelaum
Anno aūt centeſimo octuageſimooctauo
populus qui ē iheroſolimis ait. Hec ſcri-
ptura his qui in egipto ſunt iudeis ſalutē
⁊ ſanitatem. Verumtamen et illud atten-
dere cauſa poſcit: quia coniuncta vel con
tinua narratione legimus hic ij. Ma
chabeorum. j Regnante demetrio āno
centeſimo ⁊ ſexageſimooctauo nos iudei
ſcripſimus vobis in tribulatiōe ⁊ impetu
qui ſupuenit nobis in iſtis annis. Ex quo
receſſit iaſon a ſancta terra ⁊ regno por-
tas ſuccenderunt ⁊ effuderunt ſanguineꝫ
innocentem: ⁊ orauimus ad dominum et
exauditi ſumus: ⁊ obtulimus ſacrificium
⁊ ſymilaginem: et accendimus lucernas:
⁊ propoſuimus panes. Et nunc frequen
tate dies ſcenophegie menſis caſleu: āno
cēteſimo ⁊ octuageſimooctauo populus
qui eſt in iheroſolimis ⁊ in iudea: ſenatuſ
qꝫ ⁊ iudas ariſtobolo magiſtro ptholo-
mei regis qui eſt de genere criſtorum ſa
cerdotum: ⁊ his qui in egipto ſunt iudeis
ſalutem ⁊ ſanitatem de magnis periculis
a deo liberati magnifice gratias agimus
ipſi: vtpote qui aduerſus talem regē dimi
cauimus ⁊c̄. Manifeſte preſens textus
litere demonſtrat: qꝛ fribus qui erant per
egiptum. non enī ſemel ſed bis ſcripſerūt
frēs iudei qui erant in ierl̄imiſ ⁊ in iudea

et inter vtrunqȝ ſcriptum tempus interfuit ferme decemocto annoruȝ. Simulqȝ et hoc ſciendum: quia regnante demetrio annus centeſimus et ſexageſimuſſ᷑onus: quo primum ſcripſerūt. quartus idemqȝ vltimus fuit annus principatus ionathe fratris iude. Annus aūt cēteſimus octuageſimuſoctauus quādo ſecundo ſcripſerāt annus fuit vndecimus poſt morteȝ ſymōis fratris eiuſdeȝ ionathe ſiue iude quē videlicet ſymoneȝ interfecit per inſidias gener ipſius ptholomeus filius abobi. His ita ſe habentibus claret quis ille antiochus fuerit de cuius interitu gratulantur: narrantes qualiter in perſide ceciderit ꝙ videlicet is fuerit antiochus filius demetrij qui ⁊ perſecutus eſt triſtoneȝ impium ⁊ vicit: ſed iudeos i multis afflixit. ⁊ ſymōe adhuc viuente: ⁊ poſt ſymoneȝ filio eius hircano principatum habente.

¶ Ob eiuſdeȝ prologi elucidationē oportune requiri materiam intentionem atqȝ vtilitatem.

¶ Capitulum. vij.

**Hic iam vt ali**quatinus ad deuotiſſimā exactionē tuā aſſurgere poſſim qua cupis ⁊ petis vt litere ſerieȝ que ſub obſcura videtur: tibi elucidet ſermo intentus atqȝ ſtudioſus in verbo dei deſcēdere libet ad illud quod quondam audiuimus inter ſcolares paruuli vbi lectionem ſuſcipientes materiaȝ intentionē atqȝ vtilitatē ꝓponere magiſtri ſolent auditoribuſ ſuis. Materiam quippe intentionem atqȝ vtilitatem huius prohemij opere precium eſt. diſtinctis expedire capitulis: vt tali ordine aliquatenus eluceſcat: quid in iſta litera dicat ſpiritus ille qui in omni ſcriptura diuinitus inſpirata preſens eſt: ⁊ loquitur eccleſiis. Exiſtimo ꝙ materia intentio atqȝ vtilitas ſcripture huius quālibet breuis tales ſint: vt a ſapientibus digne debeant audiri a ſapientibus qui nō ſunt ſapiētes in oculis ſuis: imo qui vt ſapientes fiant ſtulti dignantur fieri id eſt diſcipuli eſſe priuſꝙ fiant magiſtri. hec igitur tria que propoſuimus dicturi ſimul atqȝ audituri: primum materiam querimus vel proponimus circa quam maxime verſatur ſcriptura: ſecundi huius machabeorum libri.

¶ Materiā illis ſcribendi fuiſſe templi illius ſcandalum quod in egipto fecerat onyas in ſimilitudinem templi iheroſolimorum. ⁊ idcirco totaȝ libri machabeorū ſecundi ſcripturaȝ verſari circa templi qđ erat iheroſolimis priuilegium.

¶ Capitulum. viij.

**Inſpice quia tota** ſcriptura libri huius circa dei legeȝ ⁊ maxime circa templum domini verſatur qđ tunc in toto orbe terraruȝ nomini domini dedicatum ſolum et vnicum habebatur. principium narrationis eſt de helyodoro ⁊ erarij cuſtodia: qualiter oīno impoſſibile fuerit eos decipi qui crediderāt loco et templo quod per vniuerſum mundum pro ſui veneratione ⁊ ſanctitate venerabatur. Finis auteȝ in ipſo templo eſt vbi nycanor qui extendens manum ad templum iurauit ¶ ij. Machabeorū. xiiij. Niſi mihi vinctum iudam tradideritis iſtud dei phanum in planiciem deducam: ⁊ altare effodiam: ⁊ templum hoc libero patri conſecrabo: atqȝ his dictis abiit pugnamqȝ cōmiſit nycanor in qua dux ipſe primus in bello cecidit: omneſqȝ cōmuni conſilio decreuerunt nullo modo diem iſtam abſqȝ celebritate preterire. Habere auteȝ celebritatē terciadecima die menſis adar: quod dicitur voce ſyria pridie mardochei die. Porro media libri eiuſdem hoc habet: quia qua die templum ab alienigenis pollutum fuerat contigit eadem die purgationem fieri viceſima ⁊ quinta menſis qui fuit caſleu: ⁊ cum leticia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum recordantes ꝙ ante modicum tps diem ſolennē tabernaculoȝ in montibus ⁊ ſpeluncis more beſtiarū egerant: ꝓpter quod tyrſos ⁊ ramos virides preferebāt ei qui proſperauit mundari locum ſuum. Et decreuerūt cōmuni precepto ⁊ decreto vniuerſe genti iudeorum omnibus annis

agere dies iſtos. Iſti ſunt dies ſcenophe
gie de quibus fratres ſiue iudei ⁊ qui in
regione iudea ſcripſerunt ſemel ⁊ iterum
ſicut iam dictum eſt iudeis qui erant per
egiptū dicentes. Et nunc frequētate dies
ſcenophegie dicētes: in qua ſecunda vice
facturi. igitur quinta ⁊. xxv. menſiſ caſleu
purificatione templi neceſſariū duximus
vobis indicare: vt vos quoq; agatis diez
ſcenophegie atq; ſubiungentes ⁊ diē ig-
nis qui datus eſt: quando neemias edifi-
cato tēplo ⁊ altari obtulit ſacrificiuz. De
diebus iſtis poſtmodum repetentes dice
mus. Nūc illud prius dicere viſum eſt ꝙ
ſcriptura libri materiam habet templum
illud: ⁊ ſancta que erant iheroſolimis pro
quibus pugnauerunt machabei. vnde nō
mirū ꝙ nō vltra ſcripture vel libri huius
textus proceſſit ꝙ̄ ad illam rem geſtā de
interitu impij nicanoris qui templū illud
extenſa manu rurſus contaminare iura-
uerat ⁊ ꝯſecrare libero patri: qꝛ videlicet
poſt interituz eius ꝙ̄uis multa iude ⁊ fra
trum eius prelia fuerint: non tamen circa
templum tale quid contigit: q̄lia ⁊ in prin
cipio ⁊ in medio et in fine continētur hu-
ius libri.

¶ Intentionem eorundem fuiſſe vt neq;
templum quod in egipto fecerat onyas:
neq; templum quod in monte garizim fe
cerant ſamarite: ſed ſolum templuz quod
erat iheroſolimis legitimum fuiſſe.

¶ Capitulum. ix.

## De intentione

d iam dicendū eſt. Intentio ſcri
pture huius eſt templuz illud
qḋ erat iheroſolimis ſanctuz ac legitimū
aſſerere: ac domino placitum ⁊ illū fuiſſe
locum orationis ſolum quem deus elegit
in quo illi oporteret ſacrificari. Cauſa po
ſtulabat tunc ſcribere illis qui per egiptū
erant iudeis cū intentione huiuſmodi. Si
quidem onyas vt ſupradictum eſt fugiēs
in egiptum ad ptholomeū philometorez:
volenſq; memoriam et gloriam eternam
ſui relinquere: petiuit a ptholomeo rege et
regina cleopatra licentiaz q̄tenus templū
edificaret in egipto ſimile iheroſolimorū:
⁊ hoc impetrato atq; pacto: leuitas atq;
ſacerdotes de genere ſuo cōſtituerat: con
fidens in ꝓphetia yſaie qui ante ducētos
annos predixerat ꝙ altare domi deberet
eſſe in terra egipti. De illo templo cōtin
gebat ſeditiones excitari inter iudeoſ qui
erant in regione iudea: ⁊ eos qui per egi
ptum: ⁊ ante onyaz et cū onya diſceſſerat
alij captiui ſicut iam ſupra dictum eſt ab
ducti: alij ſponte opulentia locorū ⁊ ptho
lomei munificentia inuitati. ſamarite quo
q; tꝑibus alexandri macedoniſ templum
ſuper garizim montem conſtruxerant au
ctoribuſ ſanaballat ſatrapa ⁊ genero eiuſ
manaſſe fratre iaddi pontificis iheroſoli-
mitani ſicut ioſephus plenius ſcribit. Cō
tingebat ergo propter templa ſeditiones
excitari: ita vt coram regibus quoq; cer-
tarent dicentibuſ iudeis de regione iudea
ſm̄ legem moyſi templū ſe conſtruiſſe in
iheroſolimis ſamaritis in garizim. porro
hi qui per egiptū erant ſuum defendebāt
vel preferre contendebāt templum quaſi
teſtimonio ꝓphetice auctoritatis nimirū
male incollecta verbi veritate longeq; fa
cti a ſenſu vel ſentencia tante prophetie.
Cauſa igitur ſicē iam dictū eſt poſtulabat
vt ſcriberent iudeis qui erant per egiptū
de his que circa templuz in iheroſolimis
manifeſta dei virtute facta ſunt: hanc ha
bentes intentionez quatenus ꝯſtaret tem
plum illud ſicut antiquū: ita ⁊ ſolum eſſe
legitimum. Templa autez cetera ſiue in
garizim ſiue in egipto per preuaricationē
eſſe conſtructa teſtante danielis viſiōe ꝓ
phetica qua dictū eſt ¶ Dan. xi ¶ Filij
quoq; preuaricatorū populi tui extollent
vt impleant viſionez ⁊ corruant. Onyam
q̄ppe ⁊ qui cū eo fuerunt ſignificat quos
idcirco filios preuaricatoꝝ dicit. qꝛ legem
domini reliquerunt: volentes in alio loco
preterꝙ̄ iuſſū erat deo victimas imolare
Extollentur ait in ſuperbiam ⁊ viſionez
hoc eſt propheticam veritatez ſe implere
iactabant.

¶ Utile fuiſſe vt in eiuſmodi contentio-
nibus ſuperarēt iudei qui erant in regiōe
iudea: qꝛ inde ſalus que ex iudeis eſt erat
ventura.

¶ Capitulum. x.

In eiuſmodi con-
tentõnibus vtile fuit ſuperare iudeos qui
erant in regione iudea ⁊ permanere ſan
ctum illud quod erat in ieroſolimis propt
veritatem dei ad confirmandas promiſſi
ones de aduentu chriſti filij dei teſtificãs
ex lege ⁊ prophetis. vt eſt illud ¶ Yſa. ij.
Quia de ſyon exibit lex: ⁊ verbum domi
ni de hieruſalem. Cauſa iſta cauſa fina-
lis ⁊ vtilitas magna ſemper debet eſſe in
oculis in conſpectu cordiſ noſtri ⁊ tunc q̃
ſtione non indigebat animus quid profu
erit vel quid vtilitatis habuerit tunc tp̄is
adorare deum in hieruſolimis q̃ in mon
te garizim: in monte ſyon q̃ in eliopoli: in
iudea q̃ in egipto: in templo poſterorum
dauid fidelis q̃ in templo onie preuaricã
tis. Non dum erat vt diceretur ¶ Jo. iiij
Uenit hora quando neq; in monte gari
zim neq; in hieruſolimis adorabitis pr̃e;
ſed in ſpiritu ⁊ veritate. quia non dum ve
nerat ſalus que ex iudeis eſt: ⁊ tã diu ſta
re oportebat templum illud donec ſalus
iſta veniret: donec ad illud templum ſuu;
chriſtus a ſuis parentibus deferret cum
oblationibus hoſtiarum quas p̃cipit lex.
Juxta illud malachie prophete ¶ Ma.
iij ¶ Et ſtatim veniet ad templu; ſanctu;
ſuum dominator que; vos queritis: ⁊ an
gelus teſtamenti quem vos vultis:
¶ Qualis iſta ſalutatio ſit: ⁊ quid ad pre
dictam intentionem pertineat. Benefaci
et vobis deus adaperiat cor vr̃m in lege
ſua ⁊ in preceptis ſuis.

¶ Capitulum. xj.

His animad-
uerſis ſimul appendere potes
qualis illa ſalutatõ ſit ¶ ij. ma.
j. ¶ Benefaciat vobis deus: ⁊ memine-
rit teſtamẽti ſui quod ad abraham yſaac
⁊ iacob locutus eſt ſeruorum ſuoꝝ fideli
um: ⁊ det vobis cor oĩbus vt colatis eu;.
⁊ faciatis voluntatem eius: in corde ma-
gno ⁊ animo volenti. Adaperiat cor ve-
ſtrum in lege ſua ⁊ in preceptis ſuis ⁊ fa
ciat pacem. Exaudiet orationes veſtras
⁊ reconcilietur vobis: nec vos deſeret in
tempore malo. Et nunc hic ſumus oran
tes pro vobis. Quomodo debuit fraťna
caritas ita ſalutauit: ⁊ imprecata eſt fra-
tribus ſuis iudeis quorum vtiq; cor non
fuerat adapertum in lege ⁊ in preceptis
domini dicentes. Et nunc hic ſumus orã
tes ꝓ vobis. Si eni cor adaptum habuiſ
ſent in lege ⁊ in preceptis domini neq̃q̃
feciſſent quod erat ꝯ lege; ⁊ ꝯ preceptũ
domini vt edificarent templum ⁊ altare ĩ
terra egipti clauſo corde ⁊ auribus male
adapertis ad illam yſaie prophetiam. Et
erit altare domini in medio terre egipti.
Hoc nãq; faciendo preuaricatores ſe cõ
ſtituerãt legis ⁊ preceeceptoꝝ domini ƀm
ſup̃ memoratam ꝓphetia; danielis q̃ di-
ctum fuerat ¶ Da. xj ¶ Filij quoq; pre-
uaricatoꝝ populi tui extollent vt implẽãt
viſionem ⁊ corruent. Idcirco dicunt. Et
reconciliet̃ vobis ⁊ nunc hic ſumus oran
tes ꝓ vobis: ſubaudiendum eſt: q: preua
ricatores vel filij preuaricatoꝝ eſtis faciẽ
do vel habendo templum in terra egipti:
quale dominus per yſaiam non manda-
uit nec in cor eius aſcendit Super hac re
reconcilietur aiunt vobis.
¶ Que fuerit illa tribulatio quam dicũt
Nos iudei ſcripſimus vobis in tribulatõ
ne ⁊ impetu qui ſuperuenit nobis in iſtis
diebus

¶ Capitulum. xij.

Taliter premiſ-
ſo exordio quo manifeſte beni
uolentia querebatur fratrum qui erant ꝑ
egiptum: quatenus beniuoli: attenti: ⁊ do
ciles fierent ad audiendum: ſequit̃ narra
tio. Regnante demetrio Anno centeſimo
⁊. lxix. Nos iudei ſcripſimus vobis in tri
bulatione ⁊ impetu qui ſupuenit nobis ĩ
iſtis annis. Jã ante dictum ẽ: q: ille ãnus
c. lxix. regni grecoꝝ quo ſe ſcripſiſſe refe
runt fratres iudei de iudea fratribus iude
is qui erant per egiptũ quartus de; quo
q; vltimus erat annus principatus iona-
the fratris iude: quando iam renouatum
erat templum atq; emundatum a conta-
minatõe qua illum cõtaminauerunt gẽ
tes atq; defenſum ab impio. Nicanore q̃
rurſus illud contaminare voluerat iurãs

atq; dicens ¶ ij.macha.xiiij. ¶ Quia niſi
mihi vinctum iudam tradideritis iſtud di
phanum in planiciem deducā: ꝛ altare eſ
fodiam: ꝛ templū hoc libero patri ꝯſecra
bo. Illo baſphemo nicanore perempto et
deo celi collaudato qui locum ſuum incō
taminatū ꝯſeruauit: habitoq; cōmuni cō
ſilio atq; decreto: vt nullomodo dies illa
abſq; annua celebritate ptranſeat. Nos i
quiunt iudei ſcripſimus vobis qui ꝛ ipſi
debetis eſſe iudei non ſolum gente: ſʒ fide
abrahe atq; fidelis dauid ad quos repro
miſſio facta ꝛ ꝯfirmata ē in loco quē de-
us elegit. hec ē in hieroſolimiſ ſcripſimus
inq̃ ¶ ij. Macha. j ¶ vobis i tribulatōe
ꝛ impetu q̃ ſupuenit nobis in iſtis annis.
Que fuit illa tribulatio vel quis fuit ille i
petus. Ex quo receſſit iaſon q̃ ꝛ iheſus
dictus fuerat patrio noīe frat̄ onie ponti-
ficis quē andronicus menelai rogatu inſ
fecit iaſon inq̃ impius ꝛ non ſacerdos. ſʒ
ab impio regi fratri cōtra fas ſuppoſitus
a ſancta terra receſſit: qn̄o receſſit. Pri-
mum mente volens: deinde etiā corpe in
uitus ac ꝓfugus ¶ ij. Macha. iiij ¶ Cū
enī illi rex ambienti ꝛ pecunias ꝓmitteti
annuiſſet ꝛ obtinuiſſʒ principatū ſtatī ad
gentileʒ ritū ꝯtribulos ſuos transferre ce
pit. Ita incipiens nimiꝝ tota mente a t̃ra
ſancta ꝛ regno receſſit. Deinde cū i ma
lis ꝓficiens multas ciuiū ſtrages dediſſʒ
finem inſidiaꝝ ſuaꝝ ꝯfuſioneʒ cepit: ꝛ ꝓ
fugus abijt i amanitē regiōeʒ. ad vltimū
in exiciū ſui oibus odioſus: vt refuga le-
gum ꝛ execrabilis vt pr̃ie ꝛ ciuiū hoſtis
in egiptū extruſus atq; inde lacedemonas
ꝓfectus tandē abiectus eſt inſepultus: ex
quo inquiunt talis ille Iaſon ita receſſit:
portas ſuccenderunt ꝛ effuderunt ſan-
guineʒ innocenteʒ. Ante receſſum aūt vel
apoſtaſiam eius ſancta ciuitas in oī pace
habitabat̄: ꝛ ipſi reges ꝛ principes locuʒ
ſummo honore dignum ducebant ꝛ tem
plum maximis muneribus illuſtrabant.

¶ Cur vel qua intentione iudeam terraʒ
ſanctam dicant ex hoc modo quo receſſit
iaſon a terra ſancta

## ¶ Capitulum.xiij.

Memoriter te
nendum illud quod iam ſupra
diximus totā libri vel ſcriptu-
re huius serieʒ ſpectare atq; intendere ad
hieruſolime ciuitatis veneratōem tēpliq;
quod erat in ea dignitatē ꝛ honorem ſin
gularem ſimulq; cauſa ſcienda quā indē
ſupradiximus: q̄ mouebant eos templa:
ꝯtra legem facta vbi eſſe non debebant
ad illius templi ſimilitudinem. Templuʒ
illud ſanctum ſacrificia illo in templo ce-
lebrata ſancta eſſe ꝛ legitima: ciuitatem
hieruſalem ſanctam eſſe vbiq; ſcriptura
libri huius tota intentione declamat Vt
dignum eſt videlicet ad deſtruendam tē-
ploꝝ adulteroꝝ fiduciam quoꝝ alteꝝ in
monte garizim: alteꝝ in egipto fuerat cō
ſtructum. Hac re animaduerſa non mira-
beris cum ſanctaʒ t̃raʒ dicant. Hoc modo
ex quo receſſit iaſon a ſancta t̃ra. Deindē
cum ſubiungūt ¶ ij. Macha. j ¶ Et ora
uimus ad dominum ꝛ exauditi ſumus ꝛ
obtulimus ſacrificium ꝛ ſimilaginem. Et
accendimus lucernas: ꝛ ꝓpoſuimus pa-
nes: cuncta hec dicta ſic recte accipimus
tanq̃ firmiſſimas defenſiones priuilegij
legitimi ꝓ templo iā dicto quod erat hie
ruſolimis quod ipſoꝝ qui templo illi de-
ſeruiebant fuerit vel eſſe debuerit ſacrifi
cia offerre: panes ꝓponere: ꝛ hec facien-
do exaudiri illic non in templo mōtis ga
rizim: non in templo eliopoleos que tem
pla erant emulationis.

¶ Quomodo dicāt frequentate dies ſce
nophegie ſubiungentes menſis Caſleu.

## ¶ Capitulum.xiiij.

Amplius autē
huc ſpectat id quod ſequit̄.
ij. Macha. j ¶ Et nunc fre-
quentate dies ſcenophagie menſis caſleu
Scenophagia feſtiuitas tabernaculoruʒ
erat: ꝛ hec celebrabat̄ ab illo populo mē
ſe. vij. qui apud illos theſeri: apud nos au
teʒ october dr̄. Conſiderandū ergo qn̄o
dicant: frequentate dies ſcenophagie: ſub
iungentes menſis caſleu: qui apud illos ē
menſis nonus videliʒ ab aprili: apud ro

manos aūt december dr̄: eo ꝙ a marcio
ſit decimus. Aliam ſine dubio ſcenophe-
giam illis indicunt preť illā quaꝫ ex quo
lex data eſt celebrare ꝯſueuerant: vt vide
licet dum ipſi in menſe caſleu encenia fa
ciunt in hieroſolimis. i. ſolennia dedicatō
nis vel purificationis templi celebrent eti
am illi ꝑ egiptū purificatōeꝫ eandē nō ſi-
cut encenia que ad templū vtiqꝫ illoꝝ nō
ꝑtinent: ſꝫ ſicť ſcenophegiaꝫ ij. Macha
x. Ponamus iam huius rei deſcriptu
ra documentum. Qua die aūt inquit tē-
plum ab alienigenis pollutū fuerit conti
git eadē die purificatōeꝫ fieri. xx. ⁊ quīta
menſis caſleu. Et cū leticia diebus octo
egerunt in modū tabernaculoꝝ recordā-
tes ꝙ ante modicū tp̄is dieꝫ ſolemneꝫ ta-
bernaculoꝝ in montibus ⁊ ſpeluncis mo
re beſtiaꝝ egerāt. Propť quod tyrſos ⁊
ramos virides ⁊ palmes preferebant ei q̄
ꝓſperauit mundare locum ſuum. Et de-
creuerāt cōmuni precepto ⁊ decreto vni-
uerſe genti iudeoꝝ oībus annis agere di
es iſtos: Manifeſte dicit: qr diebuſ octo
egerunt in moduꝫ tabernaculoꝝ: cauſam
qꝫ reddit: cur non in modū priſce dedica-
tionis qua fecit ſalomō: ſed in modū ege
rint tabernaculoꝝ quo feſtiuitas agebať
vt iam dictum ē menſe ſeptimo ꝓpť aliaꝫ
ratiōeꝫ. Que illa cauſa ē. Recordātes aūt
ꝙ non ante modicū tp̄is diē ſolennem ta
bernaculoꝝ in montibus ⁊ ſpeluncis mo
re beſtiaꝝ egerint. Claret igiť quid dicāt
ij. Macha. Et nūc frequentate di
es ſcenophegie menſis caſleu. Idem eni
ē: ac ſi dicant. In modū ſcenophegie. i. fe
ſtiuitates tabernaculoꝝ que ex cauſa an
tiq̄ menſe. vij. celebrabať: celebrate menſe
nono iſtaꝫ quoqꝫ feſtiuitateꝫ purificatōis
templi que inde purificatio dr̄: qr ꝯtami-
natuꝫ fuerat templū ab alienigenis
ij. Macha. x. Machabeuſ aūt ⁊ qui
cum illo erant domino ſe ꝓtegente tem-
plum quidē ⁊ ciuitatē recepit. Aras autē
q̄s alienigene ꝑ plateas extruxerant. Itē
qꝫ delubra demollitus ē: ⁊ purgato tēplo
aliud altare fecerunt ⁊ obtulerunt ſacrifi
cia ⁊ incenſum: ⁊ lucernas ⁊ panes pro-
poſitionis poſuerunt.

Q; ſemel ⁊ iteꝝ ſuper eiſdē cauſis ſcri
pſerunt: ⁊ ꝙ admonitio ſcđa auſterior ſit
ꝙ prima. Capitulum. xv.

SEcunduꝫ cō
mune preceptum ⁊ decretum
quod decreuerat vniuerſe gen
ti iudeoꝝ oībus annis agere dies feſtos
ſcripſerunt fratribus iudeis qui erant per
egiptū ſemel ⁊ iteꝝ ſcꝫ primū Anno cen-
teſimo. lxix. Deinde anno. c. lxxxviij. per
hoc ꝙ ſemel ⁊ iteꝝ ſcripſerūt annis. xix.
inter vtraſqꝫ vices interiectis: illud dať in
telligi ꝙ ad primam vicem nō obtēꝑaue
rūt: vtpote qui templū aliud habētes qđ
vt ſupra dictum eſt ſc̄m yſaie vaticiniū ſe
ꝯſtruxiſſe iactabāt templum illud quod
erat in iheroſolimis non ad ſe ꝑtinere vo
lebant: atqꝫ idcirco feſtiuitatem dedicatio
nis vel purificationis illius ſuſcipere de-
trectabāt. Proinde notandum ꝙ prima
admonitione ſequens aliquantulū acrior
ſit. Nam prima vice ſalutatio tam dulcis
eſt vt animaduerti poteſt ꝑ id quod dicūt
fratribus iudeis fratres iudei ⁊ benefaci
at vobis deus ⁊ meminerit teſtamenti ſui
⁊c. In ſcđa vero fraterni nōis deeſt dul
cedo. Dicitꝫ populuſ qui eſt in iheroſo
limis ⁊ in iudea adiecto quaſi cū ſuperci
lio ſenatuſqꝫ ⁊ iudas Ariſtobolo mgr̄o
ptolomei regis qui eſt de genere caſtorū
ſacerdotum: ⁊ his qui in egipto ſunt iude
is. Nomen quippe ſenatus iudicialis in-
tentionis eſt ſignum. Porro quis ille iu
das fuerit non facile ex hiſtorijs poteſt a
gnoſci: niſi forte ille ſit iudas eſſeus gene
re qui ſub illis tp̄ibus extitit: qui vt ait io
ſephus nunq̄ in his que predixit menti-
tus ē. Similiter quis iſte ariſtobolus ma
giſter ptolomei fuerit: non facile repiť ex
hiſtorijs niſi ꝙ cum dicunt qui eſt de ge
nere criſtoꝝ ſacerdotū quempiaꝫ ſignifi-
cāt fuiſſe de poſteris vel cognatis. Onye
ſupra memorati qui cum eſſet filius Si-
monis pontificis quaſi auctoritate ponti
ficali cum patrocinio prophetici preconij
nimirum male intellecti templum edifica
uerat in terra egipti. Ariſtobolus iſte ali
quis erat ex illius onye cognatis vel po-

ſteris:eratqꝫ magiſter ptolomei r̄gis phi
lometoris. Nec miꝝ hoīeꝫ iudeū dici ma
giſtrum regis egipcij:q2 videlicet a die-
bus ptolomei philadelphi qui legem per
lxx.interpretes ſibi fecit interpretari ma-
giſtros iudeos habere conſueuerant re-
gis egipti

¶ Quomodo ſcd'm intentioneꝫ predictaꝫ
dicta ſonent venerabilia ſanctam terram
ſanctam ciuitatem ꝓnunciantia ꝛ hoc ē
contra emulationem templi quod in egi-
pto erat. ¶ Capitulum.xvj.

DE magnis in
quiunt ¶ ij. Machab.j. ¶ peri
culis a deo liberari magnifice
gratias agimus ipſi:vtpote qui aduerſus
talem regeꝫ dimicauimus. Ipſe eñi ebul
lire fecit de pſide eos qui pugnauerunt ꝯ
ſanctā ciuitatē. Unde q̄uo ſm intentioneꝫ
quā diximus ꝓcedant dicta venerabilia:
ſanctam t̄raꝫ ſanctaꝫ ciuitateꝫ ꝓnuncian-
tia qui videlicet pulcri ſmōis ornatus ab
huiuſmodi principio vſqꝫ ad finem fere p
omne libri corpuſ ſuat ſine dubio ꝯ emu
lationes illoꝝ qui alibi ꝯ legem volebant
hr̄e templum vel ſancta ſanctoꝝ. Libent
accipimus fuiſſe ſanctaꝫ t̄raꝫ:ſanctaꝫ ciui
tatem:ſanctum locū nimiꝝ ꝓpt̄ eū q̄ non
aliunde ſed inde venturuſ erat ſanctū ſan
ctoꝝ. Iam ſupius diximus quis ille fue-
rit rex anthiochus nec rurſus dicere pigꝫ
q2 ipſe fuit de quo circa fineꝫ.i. Macha
beo.libri narratio cepta:ſed nō ꝯſumma
ta eſt:q̄uo ꝯ ſimonem ꝛ ꝯ iohannem hir
canum multa mala geſſerit:qui vt ioſe-
phus narrat i ciuitate incluſum ſepiē aci
ebuſ circumdederit:coſqꝫ vehementē affli
xerit. Qualiter iſte interierit hic ſcripture
locus manifeſtius exprimit:q2 cum in pſi
de eſſet dux ipſe:ꝛ cum ipſo immenſus
exercitus cecidit i templo nanee concilio
deceptus ſacerdotis nanee. Per omnia
inquiunt benedictus deuſ qui tradidit im
pios. Iſta quoqꝫ gratulatio de impioꝝ
interitu ad cōmendatōeꝫ ſpectat loci ſan-
cti:ꝛ eius cuius in egipto ſimilitudineꝫ fe
cerant templi dei ꝙ vere ſolum illud ſan
ctum deberet haberi in quo totiens appa
ruerit manifeſta quedam dei virtus vin-
dictas exigens de his quicunqꝫ inhono-
raſſent illud:ꝛ q̄uis propt̄ peccata inha-
bitantium interdum acciderit circa locuꝫ
deſpectio non tamen impune abirent qui
cunqꝫ deſpectui locum habuiſſent.

¶ Q, ad eandeꝫ intentionem ſpectet nar
ratio ignis qui datus eſt quando Neemi
as obtulit ſacrificia ¶ Capi.xvij.

NArratio de i-
gne qui datus eſt inquiunt quā
do neemias edificato templo
ꝛ altari obtulit ſacrificia ſatis manifeſta
eſt:meliuſqꝫ placꝫ ſi lectoris memorie nō
deſijt cauſa vel intentio:quā diximus ſcꝫ
hec oīa tendere ad defendendū priuilegi
um:ad teſtificandam dignitatem ſingula
rem ſancte ciuitatis ꝛ templi cuius ad ſi-
militudinem factum fuerat ꝙ fieri nō de
buerat templum in terra egipti. Ignis nā
qꝫ qui taliter datus eſt magnū ꝛ memo-
rabile illi templo legittime ſanctitatis te-
ſtimoniū eſt. Et quiꝫ ē narratio ſic̄ iā dixi
mus manifeſta eſt.verūtamen ꝓpter ſim
pliciores de ipſo igne altaris aliquid dicē
dum eſt.

¶ De eodem genere altaris queꝫ nutrie
bat ſacerdos ſubiciens mane ligna p ſin-
gulos dies:cur eum abſconderunt ſacer-
dotes quando exuſto templo in captiui-
tatem ducebanī. ¶ Capi.xviij.

IGnis iquit domi
nus ad moiſen ¶ Leui.vj. ¶ in altari ſem
per ardebit quem nutriet ſacerdos ſubi-
ciēs mane lingna p ſingulos dies. Et im
poſito holocauſto deſuper adolebit adi-
pes pacificoꝝ. Ignis ē iſte ꝑpetuus qui
nunꝙ deficiet in altari. Unde aūt iſte ig
nis non diligenter nutriendus non alteri
us ſed ſacerdotis cura ꝛ diligentia ne de
ficeret cuſtodiendus fuerat datus ſiue ac
ceptus. Ab ipſo domino nimiruꝫ magno
ꝛ euidenti miraculo. Uncto nāqꝫ taber-
naculo ritu quoqꝫ ſacerdocij atqꝫ ſacrifi
cioꝝ iuxta preceptum domini ordinato.
Hodie inquit moiſes ¶ Leui.ix. ¶ domi-
nus apparebit vobis. Iteꝫ facite ꝛ appa

rebit vobis gloria eius. Subinde ſequit᷑
Ingreſſi autem moiſes ⁊ aaron taber=
naculuꝫ teſtimonij: ⁊ deinceps egreſſi be
nedixerunt populo: apparuitqꝫ gloria do
mini oī multitudini. ⁊ ecce ignis egreſſus
a domino deuorauit holocauſtū ⁊ adipes
qui erāt ſup altare. Hoc cū vidiſſent tur
be laudauerunt dominum ruentes in fa=
cies ſuas. Dignus igit᷑ ignis quē ſacer=
dos nutriret quiqꝫ de altari deficere nun
q̄ deberet ⁊ dignus locus: dignū tēplum
ſanctūqꝫ altare quod tanti priuilegij mu
nus haberꝫ. quale vtiqꝫ in illo tēplo emu
lo egipti. nec fuit nec eſſe debuit. Illō ob
ſeruari potuit vt nūq̄ deficeret ignis ī al
tari vſqꝫ ad tp̄a babilonie captiuitatis: qꝛ
videlicet q̄ntecunqꝫ tempeſtates eatenus
exſurrexerint nō tante fuerunt vt neceſſa
rio extingueret᷑ ille ignis. Nec eni āte na
buchodonoſor regem babilonis vlla vſ=
q̄ ſcriptura memorat tale quippiam eue
niſſe vt ignis ille nutriri vel cuſtodiri nō
potuerit. Ubi aūt ⁊ templum deſtructuꝫ
⁊ ciuitas igne caldaico exuſta fuit. Q̄uo
vel in quo ſacerdos curare poſſet ne de=
ficeret ignis ille in altari: fecerunt igit᷑ q̄d
potuerunt fidem ⁊ ſpem habentes ad de
um: ſm̄ lr̄e huius ſenſum manifeſtum
ij. Macha. j ¶ Cum in pſidem ducerēt᷑
pr̄es nr̄i ſacerdotes qui tunc cultores dei
erant acceptum ignem de altari occulte
abſconderunt in valle vbi erat puteus al
tus ſiccus ⁊ in eo ꝯtutati ſunt eum: ita vt
oībus ignotus eſſet locus. Quid illorum
fidei contemplatione pulcrius: ignem mo
rientem qui nutriri non poterat qui vbi
nutriretur non habebat: illi reſuſcitanduꝫ
cōmiſerunt in quo eſt ſpes reſurrectionis
mortuorum. Nec eos fefellit ſpes. Q̄uō.

¶ De miraculo eiuſdem ignis ⁊ q̄n=
do vel quā obrem neemias ſacrificia ob=
tulerit: ⁊ qua intentione dicant ⁊ neemie
erat oratio hunc habens modum.

¶ Capitulum. xix.

Cum preteriſ=
ſent multi āni ⁊ placuit deo vt
mitteret neemias a rege perſi
dis nepotes ſacerdotū illoꝝ qui abſcon=
derant miſit ad requirendum ignem ⁊ ſi
cut narrauerunt nobis non inuenerūt ig
nem ſed aquam craſſaꝫ ¶ ij. Macha. j.
Manifeſta narratio manifeſtum diuine
ꝓuiſionis indiciū multūqꝫ ptinens ad cau
ſam ſepedictaꝫ: ⁊ ſp̄ memoria tenendā q̄
⁊ pulcre hec lr̄a recitauit dicendo ſic. Et
dieꝫ ignis qui datus eſt quando neemias
edificato templo ⁊ altari obtulit ſacrificia
Neqꝫ eni neemias templum ⁊ altare edi
ficauit. Iaꝫ quippe illud edificauerāt dux
zorobabel ⁊ ſacerdos ihūs filius ioſedech
anteq̄ mitteret neemias a rege pſidis: ſꝫ
muros ciuitatis iſte reedificauit. Cū igit᷑
ita dicunt q̄ndo Neemias edificato tēplo
⁊ altari obtulit ſacrificia ſubaudit᷑ ꝓ mu
roꝝ pacta edificatione ꝓculdubio hec in
terpoſitio edificato templo ⁊ altari com=
mendatio eſt templi ſepedicti q̄ ſolū illō
ſanctum atqꝫ legitimū fuerit cuius in al
tari ⁊ ante babilonicaꝫ captiuitateꝫ ignis
iſte ꝑpetuus extitit: ⁊ poſt captiuitatē tan
to miraculo recuperatus eſt q̄ vere int᷑ ce=
teras auctoritates teſtimonioꝝ quibus tē
plum illud fuiſſe ꝯſtat illuſtratū magnuꝫ
atqꝫ preclaꝝ fuit. Quale eni fuit ligna et
ſacrificia ſup impoſita: iteꝫqꝫ lapides ma
gnos aqua perfundi: magnuꝫ de ꝯtrario
elemento ignem accendi. Ad eandem ſpe
ctant intentionem q̄ dicunt ¶ ij. Macha
j ¶ Et neemie erat oratio hūc habēs mo
dum. Domine deus oīm creator ⁊c̄. In
ter que eſt illud notandū: Et ꝯgrega di=
ſperſioneꝫ nr̄aꝫ: ⁊ ꝯſtitue populum tuum
ī loco ſancto tuo ſicut dixit moiſes ¶ De
utro. xvij ¶ Q̄uō eni dixit moiſes. Cum
inquit fuerit ꝯſtitutus rex nō multiplica=
bit ſibi equos: nec reducet populū in egi=
ptum equitatus numero ſubleuatus pre=
ſertim cuꝫ dominus precepit vobis: vt ne
quaq̄ ꝑ eandem viā reuertamini. Nec il
li in egiptū fuerant reuerſi. Itē dixit moi
ſes ¶ Deutro. xij ¶ Non facietis ita deo
vr̄o: ſꝫ ad locum quem elegerit deus vr̄ d̄
cunctis tribubus vr̄is vt ponat nomen ſu
um. ibi: ⁊ habitet in eo: venietis ⁊ offere=
tis in illo loco holocauſta ⁊ victimas ve
ſtras. Locus vtiqꝫ quem elegerat domi=
nus erat iheruſalem ſic᷑ ſcriptura narrat.

Cunqꝫ extendiſſet manum ſuam angelus domini ſuper hieruſalem ⁊ diſperderet eam: miſertus eſt dominus: ⁊ ait angelo percucienti ¶ ij. Re. xxiiij ¶ Sufficit nunc contine manum tuam. Erat autem angelus domini iuxta arcam areuna iebuſei. Venit autem Gad ad dauid in die illa: ⁊ dixit ei. Aſcende: conſtitue domino altare in area areuna iebuſei. At illi i egipto imolabāt. Vide igitur ꝙ ſubtiliter ꝙ moderate conueniant illos ⁊ arguant vt legis preuaricatores ex illa oratione Neemie dictum ita recenſentes. Conſtitue populum in loco ſancto tuo ſicut dixit moyſes. Nimirum locum dei ſanctum hieroſolimis eſſe volentes contra cuius electōnem locus in egipto preſumptus: ſanctus vtiqꝫ eſſe non poſſet. Diem illum ſiue ſacrificiū illud appellauit neemias nephar quod interpretatꝰ purificatio que alia vel alterius rationis erat quaſi purificatō mēſis caſleu. De qua ſupra diximus quam appellabant purificationem templi. Iſtā vero diem ignis qui videlicet dies cuius menſis quotus fuerit non oportuit illis annunciari: quia ſciebant ⁊ olim celebrauerant.

¶ Qua intentione dicant. Erat autem in ipſa ſcriptura ieremie quomodo tabernaculum ⁊ archam iuſſit propheta diuino rͤſponſo ad ſe facto comitari ſecum.

¶ Capitulum. xx.

## Narratōibus

eam veris locum electum: templum ſanctum atqꝫ legitimuꝫ decertantes non potuiſſe illos habere in terra egipti: ſed haberi in hieroſolimis: nō nihil ſibi deeſſe ſenciebant: quia videlicet tabernaculum ⁊ archam ⁊ altare incenſi quod fecit moiſes non habebant. Profecto emulis ipſorum ſcilicet iudeis habentibus ſuum in egipto templum hoc videbatur ꝙ gloria magna tranſlata fuiſſet a hieroſolimis tanqꝫ ratio nulla eſſet vel ēē poſſet alia ſufficiens ad commendandaꝫ vel preferendam dignitatem templi hieroſolimitani: quomodo non haberent illa inſignia tabernaculuꝫ ⁊ archam ⁊ altare incenſi. Super iſto quaſi glorie detrimento conſolantur ſemetipſos ſic inferēdo ij. Macha. ij ¶ Inuenitur autem in deſcriptōnibus ieremie prophete ꝙ iuſſit accipere ignem eos qui tranſmigrabant vt ſignificatum eſt. Erat autem in ipſa ſcriptura quomodo tabernaculum ⁊ archaꝫ iuſſit propheta diuino reſponſo ad ſe facto comitari ſecum, vſqꝫ quo exijt in montem in quo moiſes aſcendit: ⁊ vidit hereditatem dei ⁊ veniens hieremias inuenit ibi locum ſpelunce ⁊ tabernaculum ⁊ archam ⁊ altare incenſi intulit illuc ⁊ oſtiū obſtruxit ꝙ ignotus erit locus donec congreget deus congregationeꝫ populi ⁊ ꝓpitius fiat: ⁊ tunc dominus oſtendit hec: ⁊ apparebit maieſtatis domini: ⁊ nubes erit ſicut ⁊ manifeſtabatur moiſi: ⁊ ſicͤ cū ſalomon petijt vt locus ſanctificaretꝰ magno deo. manifeſtabat hec: ⁊ vt ſapientiā habens obtulit ſacrificiuꝫ dedicationis ⁊ conſummationis templi: ſicut ⁊ Moiſeſ orabat ad dominum: ⁊ deſcendit ignis de celo ⁊ conſumpſit holocauſtum.

¶ De eo ꝙ dicunt Donec congreget deus cōgregationem populi ⁊ propitius fiat: ⁊ tunc dominus oſtendet hec ⁊ apparebit maieſtas domini ⁊ nubes erit

¶ Capitulum. xxj.

## Conſolatio hec

oportuna tunc extitit magnaꝫ pro di legittimo templo quod erat in hieroſolimis ſuperexaltans coronam ſpei: ne vel propter hoc. Quia non habebat tabernaculum ⁊ archam ⁊ altare incenſi: videretur egiptio templo non poſſe proferri. Verumtamen quoniam ī deſcriptionibus hieremie quas nunc nō habemus dixerunt hec inueniri Si dignitatem vel maieſtatem conſideres ſpiritus ſancti qui loquebatur in prophetis quoqꝫ de nouiſſimis ⁊ precipuis ieremias vnus

extitit. magna quidem in litera gloria ſo-
nabat illius templi manufacti: ſed multo
maiorez in ſpū̃ prophetie preſentis homo
quicunq̃ȝ ſpiritualis. Deniq̃ȝ homo ani-
malis iudeus: cuius circumciſio nõ in ſpi
ritu: ſed in ſola carne conſiſtit. hoc putat
ieremiam dixiſſe ꝙ iudeorum qui in oẽs
gentes captiui ducti ſunt: congregatio de
beat fieri. neſcio quo tempore templũq̃ȝ
illud cum ciuitate reſtrui: cũ tali nube ap
parente qualis erat vbi moyſes legez ac-
cepit. ⁊ q̄lis vbi ſalomon edificatum tem
plum magno deo dedicauit. Nos autem
poſt illud tẽpus quo hec ſcripta ſunt poſt
victorioſa prelia machabeorum. nullam
ſcimus populi dei congregationez preter
illaȝ quam idem ſpiritus qui loquebatur
in prophetiſ nobis in euangeliſta iohãne
deꝓmit. quia iheſus moriturus erat pro
gente: ⁊ non tantũ pro gente: ſed vt filios
dei qui erant diſperſi congregaret in vnũ
Tũc vtiq̃ȝ apparuit gloria dei: gloria filij
dei cum reſurrectione mortuorum efful-
gentis: et extunc eſt nubes ſicut manife-
ſtabatur moyſi vbi legem accepit: ⁊ ſicut
fuit nubeſ vbi ſalomon templum domini
edificauit. Nubes inquam extunc eſt ſi-
militer ſcȝ cecitas iudeorum: cuius in pro
digium facte ſunt ille nubes: vſq̃ȝ ad illud
tempus ignotum erit ait ieremias: vbi ſit
tabernaculuȝ ⁊ archa et altare incenſi id
eſt non cognoſcetur a populis vel genti-
bus quorum vel qualium exemplaria ce
leſtium illa fuerunt.

¶ Qualicũq̃ȝ ſenſu ieremias illa ſcripſe-
rit. vel quomodocũq̃ȝ illi intellexerunt: te
nendam eſſe intentionez ꝙ fratribus per
egiptum ea ſcripſerunt ad defendendam
ſingularẽ loci vel templi iheroſolimitani
dignitatem.

¶ Capitulum. xxij.

Dicit aliquis:
putaſne ipſi qui ſcripſerũt vel
etiã illi quibus ſcripſerũt hunc
ꝓlogum: ita vt tu nunc dicis: et ſicut nũc
eccleſia chriſti intelligit ꝓphetica ieremie
dicta intellexerũt. Ad hec inquã. putaſne
iudei qui de regione iudea ſcripſerũt aut
iudei per egiptum quibus ſcripſerunt ꝓ-
phete fuerunt. aut intelligentiaȝ ꝓphetici
ſpiritus habuerunt nimirum ea que ſub
velamine legalis. aut prophetice litere la
tebant intellexerunt. quid voluerit ꝯſtru-
ctio vel ritus tabernaculi. quid ſignifica-
uerit altare incenſi. quid archa. quid pro-
piciatoriũ. quid duo cherubin. quid prorſ-
ſus: vel quale fuerit illud quod intendens
dominus ad moyſen. inſpice ait ¶ Geneſ
xxv ¶ ⁊ fac ſ̄m exemplar qd̄ tibi in mõte
monſtraui. ſed non erant prophete in die
bus illis fere. ex quo reedificatum eſt tem
plum poſt captiuitatez babilonicam ⁊ no
uiſſimis duodecim prophetarum mala-
chias quem ipſum eſdrã fuiſſe dicunt he
brei prophetauit. hinc in primo libro ma
chabeorum ſcriptũ eſt ¶ j. Machabe. x
Et facta eſt tribulatio magna in iſrahel:
qualis nõ fuit ex die qua non eſt ꝓpheta
viſus in iſrahel. Igitur quomodocunq̃ȝ
intellexerint illud quod inueniri dixerunt
in deſcriptionibus ieremie vel ipſum iere
miam dixiſſe de populi congregatiõe: de
maieſtatis domini apparitiõe: vel futura
nube ſ̄m ſimilitudinẽ nubis que in mõte
ſynai manifeſtata eſt moyſi. vel que ſalo-
moni in dedicatiõe templi: nos in preſenti
ſcriptura ſcribentiũ teneamus intentionẽ:
quia facta hec vel dicta ieremie fratribuſ
qui erant per egiptũ habentibus templũ
non legitimũ ſcripſerunt ad ſuimet com
petentem conſolationem ꝙ videlicet loci
vel templi dignitas non idcirco minor vi
deri deberet ꝙ eo tempore tabernaculuȝ
⁊ archam et altare incenſi non haberent.

¶ De eo ꝙ dicũt. Et moyſes orabat ad
dominuȝ: ⁊ deſcendit ignis de celo et con
ſumpſit holocauſtum.

¶ Capitulum. xxiij.

Quod tandem
ſubiungitur. ſic ⁊ moyſes ora
bat ad dominum: et deſcendit
ignis de celo ⁊ conſumpſit holocauſtum

dixit moyſes. Eo ꝙ nō ſit mundatum qḋ
erat pro peccato: ⁊ conſumptū eſt. ad idē
reſpicit ſcꝫ ad teſtimonium ſanctitatis vel
ſanctificatōis qḋ templū illud iure ſctūm
habendum fuerit in quo ꝯſtabat peccata
ꝯſumi igne q̄ diuinitꝰ dictus eſt: ſic ⁊ q̄n
moyſes orabat. Neqꝫ eni minꝰ miraculi
fuit in eo ꝙ de aq̄ ſuper ſacrificium aſpſa
magnus acceſus eſt ignis q̄ꝫ i eo ꝙ moy
ſe orante a domino egreſſus eſt ignis: et
holocauſtū ꝯſumpſit. Celeſti auctoritate
defenſum eſſe voluit nihil minus ſctitatis
vel dignitatis illi tēplo q̄ꝫ moyſi aſcriben
dum fuiſſe tabernaculo. Nō aiunt dixit
moyſes. Eo ꝙ ſit mundatū quod erat ꝓ
peccato: ⁊ conſumptum eſt. idem eſt ac ſi
dicant. Sacrificiū quod erat pro peccato
cur non comedat̄ ſed comburebat̄ videli
cet quia non erat mundatuꝫ cum eſſet ꝓ
peccato: quia ſicut immundum eſt pc̄tm:
ita quod erat pro peccato ſacrificium nō
pertinebat ad eſum ſicut hoſtie pacificoꝝ
congruumqꝫ erat totum illud cremari: ſic
opus habemus peccatuꝫ nr̄m ſanctiſpū̄s
igne comburi. Et hoc dictū a moyſe non
ocioſe ſm̄ ſepedictam intentionem ſuam
memorant videlicet vt conſtet templū ſa
ctum eſſe in quo peccatū conſumit̄ teſte
igne dato diuinitus: ⁊ ſacrificiuꝫ pro pc̄to
Finis tandeꝫ nobis iam ſit huiuſcemodi
tractatus in litera prohemij qḋ mihi ex-
planandū impoſuiſti: ꝙ ſi vtiliter vt cūqꝫ
factum eſt: tu quoqꝫ gr̄am benedictionis
recipe debes ab oibus quibus hoc viſuꝫ
fuerit: quia monitor atqꝫ exactor fuiſti.

Quā multi q̄ꝫ velociter impij tranſie-
rant ꝑſecutores verbi dei ſemꝑ manentis
quodqꝫ in tp̄e vnius generationis ſepteꝫ
reges ſucceſſim ſeuientes fuerint eiecti

Capitulum. xxiiij.

Preterea ſaluus at
qꝫ intemeratus ꝑmanebat theſaurꝰ prīs
abrahe: theſaurus dauid fidelis ſcꝫ verbū
ꝓmiſſionis qḋ ſub iuramēto deus verax
ſuper illos theʒauriſauit. ſtabat eni locus
et gens vnde oportebat illud adimpleri.
Generatio preteribat ⁊ generatio adue-
niebat ipſe aūt cui veraciter dr̄ Pſal.
ci. Tu autē idemipſe es ⁊ anni tui non
deficient: in propoſito ſuo ꝑmanebat. āno
illo quo vt iam dictuꝫ eſt fratres qui erāt
in ieroſolimis ⁊ ī regiōe iudea ſcripſer̄t
fribus qui erant per egiptū. Anno inquā
clxxxviij. iohānes cognomēto hyrcanus
locū et gentē regebat: et ille annus princi
patus eius vndecimus erat. vbi tūc erāt
qui locum ⁊ gentē illā tantis odijs perſe
quentes exterminare voluerant. velociter
ſicut vmbra tranſierant alius poſt alium
diuerſis cladibus morientes: quoꝝ interi
tus velocitatem: ſi conſideres recte dicas
qꝛ in generatione vna nomen eoꝝ deletū
eſt. Una quippe generatio machabeorū
iuxta exacta fuerat principatū agētē: ſui-
qꝫ principatus annū hn̄te vndecimū. hyr
cano cuius ꝑ pr̄eꝫ ſymonē patruoqꝫ iudā
atqꝫ ionathā locum ⁊ gentem deus reſer
uauerat: ⁊ tam multi reges aduerſarioꝝ
ſucceſſim deceſſerant infra annoꝝ paulo
plus q̄ꝫ. xl. ſpacium. Deniqꝫ poſt radiceꝫ
peccatricem ſcꝫ antiochum epyphanem:
qui ſine manu ꝯtritus eſt eius antiochus
eupater deceſſit: poſt eupatorē patruelis
eius demetrius filius ſeleuci: poſt deme-
trium alexander filius antiochi: poſt alex
andrum demetrius filius demetrij. deīde
tryphon tyrānus regni qui ionatha ⁊ an
tiocho adoleſcēte filio alexandri per dolū
interfectis dyademā ſibi impoſuit. deinde
antiochus filius demetrij qui in templo
nanee cecidit. Septem fuerant iamqꝫ nō
erant nimirū cito deleti in vna vt iā dictū
eſt generatione machabeoꝝ: ⁊ benedice
batur deus atqꝫ laudabat̄ ſm̄ pſalmiſtaꝫ
dicentem Pſal. xxxvj Inimici vero
domini mox vt honorificati fuerint ⁊ ex
altati deficientes: quemadmoduꝫ fumus
deficient.

Nunq̄ꝫ fecerat deus quod facere pote
rat vt gens ſua locus ſuus regnis oibus
dominaretur quomodo regnum grecoꝝ
ab alexandro macedone dominabatur

Capitulum. xxv.

Non poterat hic
deus terribilis qui tā cito ab-
ſtulit ſpūm principū: ⁊ auxilio

tam paruulo ſubleuauit gentẽ ⁊ locum:
nõ poterat hoc facere verbum dei: verbũ
deus vt gẽs ſua locus ſuus regniſ oĩbus
dominaretur: quõ regnum grecoꝝ paulo
ante ab alexãdro macedone dominabať.
Non poterat iſtud efficere vt regnorum
mundi caput ierosolimis haberetur: ſeu
machabeis vincentibus: ſeu anterius re=
gnante dauid quẽ electione ſua ⁊ ſcḋm cor
ſuũ regẽ poſuerat deus. Poterat plane
ſi voluiſſet de huiuſmodi curare plus ꝙ̃
exigebat propoſitũ ipſius. At vero ꝓpo=
ſitum eius non erat vt beati viri ſue bene
dictionis heredes in iſta valle lacrimarũ
in iſto loco qui poſitus eſt eis ad flendũ
⁊ eſuriendũ: ⁊ ad ſancte paupꝛtatiſ ſtudiũ
iam ſubſiſirẽt in equis ⁊ curribus et gen
tibus regum gentium poteſtatẽ haberẽt:
aut dominaretur. Sed quid erat in ꝓpo=
ſito eius. nimirum ſanctos eius ⁊ electos
omnes ĩ hoc mundo peregrinos eſſe vel
exules: ⁊ expectare regnũ eius cuius rex
vel imperator ipſe deus ⁊ dñs eſt. Bene
igitur ſcḋm hoc propoſitũ ſuum contentus
fuit deus: tantillũ ſui prebere auxilij qua
tenus inter gẽtes gens vnica ⁊ locus vni
cus cõſeruaretur: donec ex ea dei veritas
id eſt verbum promiſſiõis adimpleretur
Ultra cautelam hanc vel prouidentiam
gentem exulẽ filios peregrinorũ abrahe
yſaac ⁊ iacob cur exultaret causã non ha
buit rex humiliũ deus. Gentibus ſiue na
tionibus reges aut regum imperatores ha
bentibus ſatis fuit genti illi loco illi proui
dere reges aut principes vt fuit dauid vt
fuerunt iſti machabei qualiũ prelijs atq̃
victorijs nõ quereretur vt villa fieret preſ
ſura mundi: ſed vt defenderet vnde eſſet
ventura ſalus mundi. Regnum autem ⁊
imperium gentis illius ſuper oẽs gentes
quando vel quo tp̃e ↄſurgeret ꝓuidebat
ſedens in thronũ vel throno ille apud da
nielem antiquus dierum qui venturo de
illa gẽte filio hoĩs iam porrigebat regnũ
et poteſtatem vt omnes populi tribus et
lingue ſeruiant illi ineternum.

Q; non fuerit tutũ corã deo fratribus
illis vltro ſtatuere ſocietatem et amiciciã
cum romanis potentibus atq̃ famoſis: ⁊
qualem finem habuerint.
Capitulum. xxvj.

S S
Ub hoc ſi curiꝫ
quiddam fratribus victorioſis
in medio ſue claritatis accidit
iude ionathe atq̃ ſymoni ꝙ videlicet vi=
ctorijs clarificati vltro miſerunt ſocietatẽ
⁊ amicicias ſtatuere cum romanis poten
tibus et famoſis. Quis ſuper hac re non
culpet eos ſcriptura res geſtas contĩnes
ipſoꝝ nihilominus tamen animaduertere
promptum eſt: non fuiſſe tutum corã deo
neq̃ lege conceſſum iudeis vt expeterẽt
amicicias gentiũ. veruntamen ſicut fuerũt
in vita ſua ita ⁊ poſt mortẽ glorioſi ſunt
q̃ ſi quid pulueris aut puluere vanitatis
taliter admiſerunt oĩo deletum eſt: cita
ſubſequente morte ſingulorũ. j. Ma=
chabe. vij Deniq̃ iudas primus miſe
rat romã conſtituere cum illis amiciciã
⁊ ſocietatẽ. et interea demetrius rex poſt
caſum nycanoris ⁊ exercitus eius appo=
ſuit bachidẽ ⁊ alchimum rurſus mittere
in iudeã: ⁊ in illo prelio cecidit ille potẽs
qui ſaluũ faciebat populũ iſrahel. deinde
ionathas romã miſerat ſtatuere ⁊ reno=
uare cum illis amiciciam: et poſtmodũ a
trifone dolis circũuentus atq̃ occiſus eſt
Similiter ſymõ miſerat cũ illis renouare
amiciciã: nec multum poſt a genere ſuo
ptholomeo per inſidias interfectus eſt. ta
les euentus ſinguloꝝ fines obſcurare vi=
dentur ꝙ videlicet in eo ſibi celeſte dimi
nuerint auxiliũ dum querunt ab hoĩbus
ſeculi quaſi pacis ſecuritatis firmamentũ
Porro diligens animus cauſam aliam
libẽtius arbitratur ſcꝫ ꝙ idcirco taliter in
breui deceſſerit. quia ſicut de ſanctis dicit
aplũs ad Hebr. xj Quibus dignus
non erat mundus. ita ⁊ talibus ac tantis
ducibus vt diu permanerent tunc tẽporis
dignus non erat ille populus vtpote iam
q̃ſi ſenex atq̃ deliruſ: pene totus preť pau
cos iuſtos nimiũ refrigeſcẽs a diuine reli
gionis cultu. inde poſt hyrcanũ ſymonis
filium ducẽ habere meruit hyrcani filiũ
ariſtobolum matris ⁊ fratris interfectorẽ

deinde alexandrum ⁊ ipſum patricidam
multeqȝ plebis iudeoꝝ homicidā. deinde
filios eiuſdē alexandri hyrcanū ⁊ ariſto-
bolum qui principatum dira contentione
laceraueruntnec multo poſt herodē ge-
nere alienū crudelitate precipuū: totiuſqȝ
homicidij domeſtici atqȝ publici ſignifeꝝ
mortiſqȝ ſatellitem: ſempiterne perditioni
deſtinatū. Beata igitur ſors illoꝝ qualē
cunqȝ habuerint mortis euentum. Nam
Eccleſiaſtici. xliiij. corpora coꝝ in pace
ſepulta ſunt: ⁊ viuent nōia coꝝ ineternū.

## Incipit liber Vndecimus

De eo qḋ ſcriptū eſt in yſaia. iurauit
dominus dicēs. Si non vt putaui ita erit
⁊ quomodo mente tractaui ſic eueniet
Capitulum primum

Scriptū eſt
in yſaia Yſai. xiiij
iurauit dominus dicens
Si nō vt putaui ita erit:
⁊ quō mente tractaui ſic
eueniet. ac deinceps. Dominus enī exer
cituum decreuit: ⁊ quis poterit infirmare
⁊ manus eius extenta: et quis auertet eā
Quid ḡſo putauit: ⁊ quid mēte tractauit
dominus. quid decreuit et ad qḋ manus
eiuſ eſt extenta. Nunqḋ hoc ſolū putauit
⁊ hoc ſoluȝ mente tractauit aut decreuit:
vt contereret aſſirium illū carneū in terra
ſua: ⁊ in montibus ſuis conculcaret cum
imo hoc conſiliū inquit qḋ cogitauit ſup
oēm terraȝ: ⁊ hec eſt manus extenta ſup
oēs gentes quarum vtiqȝ dyabolus prin
ceps erat qui per aſſiriuȝ deſignatus eſt.
Sup illum draconē antiquū hoc putauit
⁊ hoc mente tractauit de electis ſuis do-
minus vt auferretur ab eis iuguȝ eius: ⁊
onus illius ab humero coꝝ tolleret: ⁊ vt
oīa capita eius ſeptē capita eiuſ de q̇bus
vel cōtra que preſens opuſculū ↄtexitur
quoꝝ ſextum qḋ fuit romanū imperium
iam nunc aggredimur inuicē morderent
et ab inuicem conſumerentur: tandemqȝ
tota ſimul cū capitibus ſuis beſtia nequā
ad comburendum igni traderetur.

Quomodo putauerit dominus: ⁊ ꝙ
incompabiliter differant: putans deus et
putans homo: ⁊ quomō locutiōis modo
dicatur putare deus. Capitulum. ij.

QVōd illud ante
q ꝙ eſſet putauit dominus eſſe.
Ita ne vt ꝓphete ſolebāt pu
tare vel ſomniare. exempli gr̄a vt ioſeph
qui ad frēs ſuos audite iquit Genes. j.
ſomniū meū qḋ vidi: putabaȝ nos ligare
manipulos in agro ⁊ ḡſi ↄſurgere mani
pulum meuȝ ⁊ ſtare vtroſqȝ manipulos
adorare manipulū meū. Profecto lōge
melius putauit dominus: multo imo in-
compabiliter differunt putans homo: et
putans deus: multum inquaȝ differunt ⁊
procul diſtant hōis ſomnuȝ ⁊ dei verbū
ꝓphetica cuiuſqȝ gr̄a: et ipſa ſūme ſapie
ſubſtantia. Homo putans vel ſomnians
interdū ⁊ ſepe neſcit: ꝙ imagines ſom-
niorum ſuoꝝ ſignificauerunt: vt pharao
qui cum diceret Genes. xlj. putabaȝ
me ſtare ſup ripaȝ fluminis: ⁊ ſeptē boues
de amne conſurgere ⁊c. ꝑfecto neſciebat
quid per illā ſignificaret: ſed nec erat qui
interpretaret. Quō aūt putauit dominuſ
nimirū ſicut dicit Euangeliſta Iohā. j
Quia qḋ factū eſt in ipſo vita erat. De
omnibus anteꝙ fierent ita certus erat ꝙ
fieri deberent ſicut certus eſt nunc poſtꝙ
oīa facta ſunt. idcirco iurare potuit domi
nus. Si nō vt putaui ita erat. quare ergo
dixit putaui ſi certus fuit videlicet qꝛ nō
dū erant in re: licet certa eſſent in prede-
ſtinatione. idcirco putaui non improprie
dixit cū poſſet dicere preſciui: licet minuſ
ſignificet putare ꝙ preſcire. Sed qḋ miꝝ
in diuinis ſermonibus aliquando minus
dici ⁊ plus ſignificari qui modus locuti
onis apud grāmaticos dicit̄ capinoſis id
eſt humilitas dictionis non aſſequente
verbo quantitateȝ rei. Omnes modi vel
tropi ſiue ſcemata omnis oīno ornatus
locutionis. de q̇bus ḡſi auctores gloriati
ſunt ſeculares magiſtri ſparſis in diuinis
inueniunt ſcriptīs: ⁊ prius erant ꝙ hi qui
hoꝝ putantur adinuentores fuiſſent nati